CURRENDA XXVII.

A. D. 1879.

Nr. 6191.

Triste nuntium de subsecuta morte p. d. Praelati **Michaelis Kròl**

Mortuus est Moses servus Domini jubente Domino: fleveruntque cum filii Israel in campestribus Moab triginta diebus Deut. 34, 5, 8.

Cum Moses missionem a Deo acceptam ad amussim explevisset, populumque electum ex Egypto eductum in desertis Arabiae educasset ita, ut capessendae terrae promissae aptus redderetur, ostendit ipsi Dominus terram promissam, omnem terram Galaad usque ad Dan, omnem terram Juda usque ad mare novissimum, jussitque eum ascendere in montem Abarim, in montem Nebo, qui est contra Jericho, ut in hoc monte moriatur, et cum defunctus esset in monte hoc, in conspectu terrae promissae, fleverunt eum filii Israel in campestribus Moab triginta diebus.“ Luctum istum 30 dierum quis mirabitur si attenderit, Mosen fuisse ducem populi numerosi, fuisse virum, qui populum suum intercedentibus multis prodigiis et miraculis e servitute liberavit, ad radices montis Sinaj in gentem sociavit, 40 annis populum durum et inflexibilem gubernavit, qui pro hoc populo multa discrimina est passus, eumque ardentibus precibus et sacrificiis cum Deo expiavit, qui ut paucis utamur verbis, erat dux, educator, rector et pater nationis et qui alium successorem non habuit.

Decessum similis viri praestantissimi annuntiare Vobis dilectissimi fratres cogimur, decessum nempe Illustrissimi ac Reverendissimi **Michaelis Król** Doctoris s. Theologiae, Protonotarii Apostolici ad instar participantium, Consiliarii Consistorii Nostri ac Referentis, Directoris studii Theologici Dioecesani substit. Scho-

lastici Capituli, Parochi Ecclesiae cathedralis etc. qui 10 Decembris mane, morte inopinata mortalium vitae ereptus extitit. Nuntium de morte ejus totam civitatem Tarnoviensem summopere exagitavit, dolore et tristitia vehementi affecit, Nosque adeo consternavit, ut impediremur, quominus ultimos honores viro eximio exhibeamus. — Quinta jam vice anuntiamus Vobis dilectissimi Fratres mortem Canonici Capituli Cathedralis et ardentibus vocibus obitum eorum deploramus, modo tamen mortem Illustrissimi Nostri Consiliarii et amici cum tristi lessu et singultu intimo Vobis pandere cogimur. Neminem enim latet, Michaelem Król fuisse virum, doctrina, scientia sacra et eruditione haud mediocri eminentem, ingenio acutissimo praeditum, sacerdotem morum candore conspicuum, integritate vitae excellentem, in Ecclesia Dei et Dioecesi, in civitate et toto regno, in Parochia et urbe nostra Tarnoviensi optime meritum.

Natus 27. Aug. 1798 in Inwałd, studia gimnasialia absolvit Podolini, philosophica Leopoli, et Theologica eminenti cum progressu Vindobonae, ordinatus anno 1823 ob dotes animi egregias missus ad c. r. institutum sublimioris educationis ad S. Augustinum Viennae, examina rigorosa cum laude subiit, atque mox nam anno 1827 vocatus est Leopolim ad providendam cathedram studii biblici veteris foederis in universitate Franciscana Leopoli, institutus die 24. Aug. 1834 Canonicus gremialis Tarnoviensis ultra 45 annis, munus Canonici, Rectoris Seminarii, Directoris studii theologici substituti, Parochi Ecclesiae cathedralis et Scholastici cum summa laude exercuit.

Quanta merita in aedificando Seminario dioecesano, incipiendo ab anno 1835 in plantatione horti Seminario contigui, in educatione alumnorum Seminarii decursu 7 annorum Rectoratus sui collegerit, noscitis optime Venerabiles fratres, qui activitatis ejus in Seminario testes eratis oculati; veluti alter Moses sociavit alumnos e diversissimis regionibus collectos in gentem electam et populum sacerdotalem, et salutaribus monitis et doctrinis eos imbuit. Qua Rector Seminarii non tantum supremam gubernationem forti animo intertenuit, vigilemque oculum quaquaversus direxit, verum insuper institutionem et correpetitionem tum in liturgica, tum in linqua hebrea lubenti animo suscepit, et Psalterium explicavit.

Qua Parochus Ecclesiae cathedralis ab anno 1849 decursu itaque 30 annorum omnes ecclesias in monte S. Martini, in suburbio Burek reparavit, ordinavit et supellectili sacra ditavit, praecipue vero ecclesiam S. Trinitatis in suburbio Terlikówka anno 1597 per Seniorem collegii Vicariorum Lucam Godzinka exstructam et per Cardinalem Radziwił Eppum consecratam, prouti inscriptio intus optime indigitat:

„LAVDIBVS EXSTRVXIT DIVINIS IPSE GODZINKA
KRÓL CVM PLEBE PIA LABENTES CORRIGIT AEDES."

Singularem curam impendebat pauperibus et egenis, quoties collectae pro egenis instituebantur, pulchro praeibat exemplo, sub ejus regimine anno famis 1847 quotidie 75000 portiones jusculi (zupa rumfordzka) pauperibns distribuebantur ita quoque anno 1867. Defuncto Praelato Król institutum hospitale Tarnoviense modo jam ad hospitium regnicolare elevatum ortum suum debet, ipse enim anno 1835 cum aliis viris probis collectum piam fine erigendi hospitii instituit, primaque fundamenta nosocomii jecit, accedente eximia dote 3750 fl. M. Conv. a piæ memoriae Francisco a Paulo Pistek Eppo Tarnov. et nominato Archiepiscopo Leopolitano, ab anno 1835 curam egenorum et pauperum non dimisit, sed activitatem omnimodam ipsis impendebat.

Qua civis Tarnoviensis ad honores, prosperitatem civitatis in corde habuit, ab origine Autonomiae munus Senatoris civitatis, munus supremi praesidis cassæ parsimonialiis cum summo fructu exercuit, consilio, prudentia et experientia juniores adjuvit ita, ut nullum negotium majus absque interventione ejus susciperetur, nulla deputatio sive ad Augustissimum Imperatorem, sive ad ejus Locumtenentem, sive ad alias instantias publicas absque ejus persona mitteretur, e contrario defunctus Praelatus verbo et opere semper praeibat, veluti alter Moses decursu 45 annorum civitati suæ praefuit, ingenio suo collustravit, prudentia et experientia vastissima instruxit.

Verum non solum civitati sed integrae Dioecesi cum summo fructu præfuit et saluberrimis monitis instruxit, quis Vestrum o fratres non est expertus ejus optimum paternumque etiamsi quandoque durius monitum ac consilium, quis ignoraverit ejus hilarem semper et hospitalem vultum. Nominem a se removit, libenter et amicabiliter suscepit, nullusque fuit e Dioecesanis sacerdotibus, qui Tarnoviae morans, Nestorem Capituli, ductorem, rectorem, Professorem, alterum Mosen Dioecesanum visitare eique homagium exhibere neglexerit.

Singularis pietas ornabat defunctum Praelatum erga Sedem Apostolicam, cui erat addictissimus, et licet pauper, quotannis ultra 100 florenos aerario pontificio subministrabat, ultima vice 8. Octobris 1879 misit 25 aureos ad Nuntium Apostolicum Viennae.

Sollicitudo tener p. d. Prælati pro conservanda tuendaque doctrina catholica in scholis et populo, pro tuendis ecclesiae catholicæ juribus, pro defendenda Dioecesis Tarnoviensis subsistentia, omnem Nostrum expugnarunt Fraternum amorem, summumque morte hujus Nostri amici et Consiliarii causarunt, cordique No-

stro paterno impresserunt dolorem, ita, ut plura verba de activitate et morte ejus proferre cogamur memores effati Ecclesiastici *„Laudemus viros gloriosos et parentes Nostros 44.“* Merita hujus praestantissimi viri agnovit Clerus, agnovit civitas, agnovit Clerus, qui non obstante aura perhumida, non obstante bruma rigidissima et congerie nivis, quæ aditum ad civitatem occlusit viasque impervias reddidit, numero 90 ultra Tarnoviam convolavit, ut humeris suis caras reliquias ad tumulum deportaret et planctum magnum de discessu Patris et ducis optime meriti ederet. Laudes ejus eleganti sermone deprædicavit in Ecclesia Rmus Joannes Rybarski Canonicus Parochus in Tuchow; agnovit merita defuncti Pralati civitas Tarnoviensis quæ concursu maximo ultimos honores Parocho suo, civi et senatori exhibuit, et per os sui Præsidis civitatis, suam gratitudinem in coemeterio et suum ultimum „Vale“ protulit. Sepeliverunt eum cives Tarnovienses in sepulchro nuper restaurato primi Eppi Tarnov. Floriani Amandi Janowski adamati Eppi a Clero et populo, et *fecerunt planctum magnum super ipsum.*

Quantam dignitatem, quantam æstimationem sibi defunctus Praelatus in civitate conciliare noverit exinde apparet, si observaverimus, senatum civitatis in sessione die 21. Decembris celebrata decrevisse monumentum in signum memoriae perennis, æstimationis et gratitudinis defuncto Prælato erigere.

Cum itaque jubente Domino discesserit a Nobis vir egregius et excellens, bene meritus et gravis, gloria Capituli et decus, Consiliarius Noster et socius laboris in Consistorio Nostro, dolorem Nostrum vehementissimum ex morte ejus susceptum Vobis venerabiles fratres communicamus, non mandamus quidem, ut ad instar Israelitarum fleatis 30 diebus, nam Domino jubente discessus ejus est actus, speramusque in Domino, eum maturum fuisse inventum ad capessendam coronam, quam præparavit Dominus omnibus diligentibus se, attamen in signum Nostri luctus et doloris mandamus, ut in qualibet Ecclesia Dioecesis Nostræ, quam defunctus Prælatus qua Canonicus a latere prædecessorum Nostrorum totam lustravit, per 3 dies pulsu campanarum obitus tanti viri annuntietur, et devotio funebralis peragatur, ad quam populus e suggestu sacro invitetur oportet. Consodales insuper absolvent unam missam.

Nimio dolore et angore correpti claudimus hoc nuntium triste iisdem verbis, quibus sermonem hunc infandum exorsi sumus: „Mortuus est Moses servus Domini, fleveruntque eum filii Israel 30 diebus“ mortuus est Noster Consiliarius intimus et amicus Michael, mortuus est Nestor Capituli et alter Moses, lugeamus eum multis diebus in Domino et animam ejus piis ad aram suffragiis commendemus.

A Praesidio Episcopali

Tarnoviae die 22. Decembris 1879.

N. 3565.

We Lwowie w drukarni ludowéj wyszła drukiem książka „Bóg Najwyższe dobro moje" zawierająca modlitwy, litanie i pieśni do Nabożeństwa ludu katolickiego.

Szanowne Duchowieństwo raczy polecić tę książeczkę ludowi.

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 20. Listopada 1879.

N. 5782.

Casus moralis de matrimonio.

(Przedruk: aus dem Kölner Pastoralblatte Nr. 1. vom Jahre 1879.)

Andreas und Lucia wollen mit einander die Ehe eingehen. Beide frühzeitig ihrer Eltern beraubt, haben sie in ihrem Geburtsort kein wahres Domicil mehr, waren seitdem bei Herrschaften verschiedener Pfarrsprengel, in den letzten Jahren aber in der Pfarrei St. Markus im Dienste gewesen. Sechs Wochen vor der beabsichtigten Heirat verlassen beide ihren Dienst, Andreas geht zu seinem Bruder in die Pfarrei St. Peter, Lucia zu ihrer Schwester in der Pfarre St. Paul, beide in der Absicht, um dort nur bis zum festgesetzten Tage der Trauung zu verbleiben, und um unterdessen die nöthigen Vorkehrungen zur Hochzeit und zum neuen Haushalte zu machen, da sie sich unmittelbar nach der Kopulation im Pfarrorte St. Andreas niederlassen wollen.

Es fragt sich, vor welchem Pfarrer die Trauung vorzunehmen ist.

Antwort: Die betreffenden Brautleute haben aufgehört, Pfarrkinder von St. Markus zu sein, weil beide corpore et animo jene Pfarrei verlassen haben. In den beiden bezogenen Pfarrsprengeln aber, nämlich Andreas in der Pfarre St. Peter und Lucia in der Pfarre St. Paul, hat das Brautpaar noch kein Quasi-Domicil erworben, da es sich daselbst ja gleichsam nur besuchshalber und in der Absicht aufhält, um die nöthigen Vorbereitungen für die Heirat und den zu gründenden Haushalt zu treffen. Obgleich sie nun Willens sind, sich in der Pfarre St. Andreas wohnhaft niederzulassen, so ist doch die faktische Niederlassung daselbst noch nicht erfolgt, und haben dieselben folglich auch dort kein Domicilrecht. Daher ist das Brautpaar als heimatlos anzusehen. Parochus proprius aber der Haimatlosen zur giltigen Eheschließung seitens derselben ist der Pfarrer, in dessen Pfarrei dieselben sich zur Zeit der Eheschließung gerade aufhalten. Also kann entweder der Pfarrer von St. Peter oder der von St. Paul oder ein von ihm Bevollmächtigter der Ehe giltig assistiren.

Zu einem wahren Domicil sind zwei Momente wesentlich: 1) die faktische Niederlassung an einem bestimmten Orte und 2) der entsprechende Wille, daselbst für immer seinen festen Wohnsitz zu nehmen. Sind diese zwei Erfordernisse in der That vorhanden, so bedarf es keines bestimmten Zeitmaßes, d. h. man gewinnt hiermit sofort das Domicialrecht im kanonischen Sinne.

Im vorliegenden Casus besitzen die Brautleute dieses Domicil nirgends. Dieselben

hatten in St. Markus, bevor sie den Ort verlassen, kein eigentliches Domicil, da sie als Dienstboten zwar daselbst faktisch wohnten, aber vermöge der Natur des Dienstverhältnißes doch nicht den Willen hatten, immer daselbst zu bleiben. Daher stellt man auch im kanonischen Recht die Regel auf, daß „Dienstboten in den Pfarreien, in welchen die Dienstherrschaften wohnen, wohl ihr Quasi-Domicil haben, nicht aber ein eigentliches Domicil.' (Vergl. Knopp, Eherecht, §. 31 und Bened. XIV. Instit. eccl. XXIII, §. secundo contigit.) Auch in St. Aedreas besitzt das junge Paar kein eigentliches Domicil, da ein wesentliches Moment fehlt, nämlich die faktische Niederlassung daselbst, ohne welche der feste Wille, dort seinen dauernden Wohnsitz zu nehmen, keine Wirkung hat für die Begründung des Domicils.

Ein Quasi-Domicil hat man dort, wo man wohnt und Willens ist, eine längere Zeit, wenigstens den größten Theil des Jahres wohnen zu bleiben, z. B. die Studirenden an Universitäten, die Zöglinge an ihren Anstalten, die Soldaten in ihren Garnisonen, die Dienstboten am Orte der Herrschaften. Eine Niederlassung an einem Orte also, bei der es gleich anfangs in dem Willen der sich niederlassenden Person und durch die Natur der obwaltenden Verhältnisse selbst feststeht, daß dieselbe nach der vorübergehenden Ursache dieser ihrer Niederlassung aus derselben wieder ausscheiden wird, um entweder das frühere oder sonst ein anderweitiges Domicil zu beziehen, begründet ein. Quasi-Domicil wenn die Person die hierzu gesetzliche Zeit an dem Orte wohnen will Zwei Faktoren begründen demnach das Quasi-Domicil, nämlich das thatsächtliche Wohnen an dem Orte, verbunden mit dem Willen, die gesetzliche Zeit hindurch dadaselbst wohnen zu wollen. Daher sagt sehr treffend Ballerini in der Nota: a, ad num. 847. Gury de matr.: „Quando deest animus figendi alicubi domicilium, aut quasi domicilium, nil refert, brevisne an longa ibi mora trahatur, ita v. gr. si peregrinus in quapiam consistens urbe occasionem opperiens merces vendendi, aut itineris, seu navigationis socium aut litis alicujus exitum, aut cessationem difficultatum, quae reditum in patriam retardant, et hujusmodi; etsi enim etiam quinquennio immo vel decennio moram in dies precariam ibi trahens permaneas, nunquam illud domicilii jus acquires, quod ad matrimonium coram parocho, quasi tuo, valide contrahendum sufficiat."

Wie ist daher die Behauptung aufzufassen, die von manchen Auctoren aufgestellt wird, daß zur Begründung eines Quasi-Domicils ein Zeitverlauf von wenigstens einem Monate erforderlich oder hinreichend sei? „Re maturius considerata, lehrt Scavini theol. moral. lib. 3. n. 903, videtur concludendum: unius mensis habitatio ad acquirendum quasi-domicilium non semper necessaria est, nec semper sufficit sed res est ex adjunctis definienda. 1° non semper necessaria est: nam quod efficit quasi domicilium non est tam mansio materialis in loco, quam intentio ibi manend per spatium necessarium. Ergo statim ac quis ad locum illum pervenit cum tali animo et intentione, quasi-domicilium acquirit, et illico potest matrimonium contrahere; 2) non semper sufficit: potest enim quis in tali loco habitare per mensem ac notabiliter, sed expresse sine animo ibidem quasi-domicilium acquirendi; et tunc per illam habitatio-

nem non acquirit jus ibi matrimonium celebrandi. Demnach sei weder die erwähnte Behauptung, noch die Erklärung Bened. XIV. Instr. 33 n. 7. auf die sich die Auctoren berufen, so anzunehmen: „quasi sufficiat unius mensis mora sine animo ibidem degendi quantum temporis satis sit ad quasi-domicilium acquirendum, aut quasi necesse sit, quando hic animus adsit, mensem antequam nuptiae celebrentur, esse elapsum.“ Denn wie der schon citirte Vallerini klar darlegt (in nota a, ad n. 847 Gury de Matr.): „diserte dicitur (Bened. XIV. in Epistola ad Archiep. Goanum „Paucis abhinc“ (19. Mart. 1758) moram unius mensis in casu censeri ut adminiculum, cujus nimirum ope praesumi queat animus figendi in eo loco saltem quasi-domicilium. Secus illa mensilis mora non esset merum adminiculum ad quidpiam praesumendum seu probandum, sed esset ipsa quasi-domicilii manifesta praestatio. Et id ipsum ex eo evidenter colligitur, quod mox Pontifex (in Epistola citata) subdat, nolle se quaestionem dirimere, an praeter praecedentem mensis habitationem requiratur insuper post contractas nuptias subsequens aliqua in eodem loco mora. Si enim definivisset, spatium mensis sufficere ad constituendum illud quasi-domicilium, quod jam par sit ad matrimonium ibidem valide contrahendum, eo ipso etiam definivisset, subsequentem istam moram nullatenus esse necessariam. Dieselbe Wahrheit leitet Scavini (loco citato) aus dem praktischen Verfahren der S. Congregatio Concilii her: „Quando nequit satis dignosci, qualis fuerit animus et intentio illorum, qui alio se contulerunt pro ineundis nuptiis, S. Concilii Congregatio inter alia adjuncta quaerit etiam qualis fuerit sponsorum mora in tali loco ante celebrationem; et unius mensis moram ipsa habet in dubio ut adminiculum, cujus ope praesumit veram intentionem figendi in illo loco quasi-domicilium.“

Aus dem Gesagten geht hervor, daß die respektiven Brautleute im obigen Falle auch nirgends ein Quasi-Domicil besitzen. Um nämlich in den Pfarreien, in denen dieselben sich zuletzt in den sechs Wochen vor der Heirat aufhalten, ein Quasi-Domicil erwerben zu können, fehlt ihnen die erforderliche Absicht, überhaupt dort so zu wohnen wie es zur Erwerbung eines Domicils nöthig ist, und überdieß sind dieselben auch gar nicht Willens, die nöthige Zeit hindurch dort zu verbleiben. Folglich sind sie als vagi zu betrachten und demgemäß zu behandeln, da sie, wie vorausgesetzt wird an keinem andern Orte ein wahres Domicil haben.

Bezüglich der Eheschließungen von Heimatlosen aber liegt dem Pfarrer noch eine besondere Pflicht ob. Tief durchdrungen von dem Pflichtgefühle, der in der Polygamie enthaltenen Entheiligung des Sakramentes, so viel es menschlicher Weise möglich sei, für alle Zukunft vorzubeugen, begnügten sich die zu Trient versammelten Väter nicht damit, daß sie in der durchgreifendsten Weise der Ehe den Charakter der Öffentilchkeit beilegten, sondern ihre Fürsorge umfaßte auch noch ganz besonders die Ehe der eigentlichen Heimatlosen, um in diesem Falle die genügende Garantie rücksichtlich des status liber zu erzielen. Deshalb ist sess. 24, cap. 7 im Allgemeinen große Vorsicht bei Eheschließungen der Heimatlosen aufs dringendste empfohlen und speciell allen Pfarrern untersagt worden, „den Eheschließungen solcher beizuwohnen, bevor sie eine sorgfäl-

tige Untersuchung angestellt, und das Resultat derselben an den Diöcesanbischof eingereicht und von diesem die Erlaubniß zur Trauung der fraglichen Heimatlosen erhalten hätten.“ Für diesen Punkt ist auch folgende allgemein verbindliche Vorschrift wohl zu beachten, die sich in der „Instructio Congregationis universalis Inquisitionis“ vom 21. August 1670 findet und durch Papst Clemens X. ausdrücklich genehmigt, an alle bischöflichen Curien erlaßen worden ist, und in der es Kapitel XV. also heißt: „Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum suorum, esse liberos, et in aliis servata forma Conc. Trid. in Cap. Multi sess. XXIV. Fides aliaque documenta, quae producuntur de partibus, non admittantur, nisi sint sigillo munita, et legalitate Episcopi ordinarii, et recognita saltem per testes, qui habeant notam manum et sigillum, et attente consideretur, quod fides seu testimonia bene et concludenter identificent personas, de quibus agitur.“

Dazu bemerkt auch außerdem noch Knopp (§. 16 Eherecht), daß dieselbe Concil-Bestimmung auch Anwendung finde auf Ehen, wo nur einer der Contrahenten als Heimatloser betrachtet werden kann, und daß der Pfarrer durch Nichtbeachtung derselben sich einer schweren Sünde schuldig macht, obgleich der Rechtsbestand der Ehe selbst durch Unterlassung der vom Concil vorgeschriebenen Vorsichtsmaßregeln keineswegs in Frage gestellt werden kann, wenn die betreffenden Personen frei von trennenden Ehehindernissen waren.

Endlich ist noch zu bemerken, daß der Pfarrer die Proklamationen solcher Ehen erst vornehmen darf, wenn ihm die bischöfliche Erlaubniß zur Vornahme der Trauung zugegangen ist. (Vergl. die citirte Instructio der Congreg. univers. Inq. bei Giraldi Exp. Juris. Pontif. tom. II. pag. 492.)

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 4. Grudnia 1870.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae, die 22. Decembris 1879.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1879. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis, Impensis Cnsistorii.